



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XI. Cœlibatus rectene sit iure Apostolico S. Ordinibus annexus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO XI.

COELIBATUS Rectene sit iure Apostolico S.
Ordinibus annexus?

HÆRESIARCH. I. Iouinianus pseudomonachus Mediolani, teste Hier. Aug. Ambr. docuit, Virginitatem Matrimonio postponendam: unde conueniens, Frestra Sacerdotes colere Cœlibatum. Sed vna cum auditu monialis, Sacerdos nullus, A deo protinus emergens anno 372. damnatus est Romæ anno 380. à Papa & ab Conc. Mediolan. Vide Baron. istis annis. V. Vicleff hæresim redexit: teste Tho. VVald. fo. 2. de Sacram. c. 66.

2. LUTHERVS lib. de abrog. Missæ. Magdeb. Cent. II. c. 7. vocant cœlibatum hæresim omnium pessimam, quæ orbem inuaserit vniuersam.

CALVINVS Inst. 4. c. 12. §. 23. idem. Vide Luther. c. p. 2. q. 48.

GRÆCORVM Error est oportere Clericos ante Ordinationem duxisse uxorem: post eam non licere. Autor erroris fit Nicolaus: Certius Vigilantius, teste Hier. I. contra Vigil. Mos ille vulgatus est inter Græcos tempore Conc. Trullan. quod Apostolicos Canones de Cœlibatu impie damnauit. Auctior euasit error sub Leone IX. patrocinate Niceta Abbate, sed ei contradicente Humberto Cardinali.

PAPISTA. Quæ in meo Luthero. ca. p. 2. q. 48. adduxi pro iure Apostolico Cœlibatus, huc non repetam.

Adde, 1. Sacerdos operans Sacris gerit personam Christi: Neque Leuitæ ideo se continebant, quod figuram Christi præferrent: sed quod Domino ministrabant.

2. Quo iustius Conc. Neocæsar. anno 314. Sanciuit; Presbyter si uxorem duxerit, Ordine suo moueatur.

Nimirum, ait S. Leo lib. epist. ad Anast. ut, qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permancant singulares & innupti.

3. Testimonia Imperatorum his adde

Cod. de Episc. & Cler. L. Eum. Authent. de Monac. Adde nubem testium S. Patrum. Hinc tria infero. 1. Errant, qui putant Siricium Papam primum legē cœlibatus imposuisse. Quia Clemens, Orig. Epiph. Euseb. & Concilia sunt antiquiora Siricio. 2. Mos Græcorum hodiernus non fuit primis 600. annis. Patet ex iisdem. 3. Mentitur Calvinus Inst. 4. c. 12. §. 25. Patres veteres approbasse coniugium Episcoporum. Mentitur à Siricio coniugium vocatum pollutionem.

QVÆSTIO XII.

An Clerici DECIMAS & Temporalia iure possideant?

HÆRESIARCH. Fraticelli, teste Turroca. de Eccl. potestate p. 3. c. 27. docebant sub annum 1300. sibi solis deberi Decimas, vt pote Apostolice viuentibus. V. Vicleff docuit Decimas esse meras elemosinas, proinde arbitrarias negati ob peccata Cleri.

ANABAPTISTÆ Trinitarii dicunt falsi Christi ministris eas dari, vt ditibus aut ditandis: veri Christi ministros pauperes iis posse carere, non posse, vt iure debitas.

ERASMVS Lutheranus in Annot. in Nonum Test. ait, Decimarum exactionem esse tyrannidem.

Cartonista volunt eam esse iuris diuini, non ecclesiastici, quantitatem.

PAPISTA. Præceptum Veteris Testamenti de decimis diuinum erat in & substantia, & quota earum tali: Verum quia iudiciale, & partim ceremoniale; non morale; ideo non transit in legem Noui Testamenti, nisi quoad Substantiam debiti Deo in operariis suis pro bono publico seu regendo; seu quoquo modo adiuuando; in seu spiritualibus, seu temporalibus.

Cc 2

Vide